

Liber

no visu: quo videri deus nō pōt. **S**z si eū quē videt humano visu: spiritali charitate diligere: videret deū q̄ est ipsa charitas visu interiore q̄ videri pōt. Itaq̄ qui fratrem quē videt nō diligit: deū quē propterea nō videt: q̄ deus dilectio est: qua caret q̄ fratrem nō diligit: quō pōt diligere. **N**ec illa iā questio moueat q̄tū fratri charitatis debeam⁹ impendere: q̄tū deo incompatibiliter plus q̄ nobis: fratri em̄ quātū nobis ipsis. **N**os autē ipsos tāto magis diligimus: quātō magis diligim⁹ deū. **E**x vna igit̄ eadēq̄ charitate deū proximūq̄ diligimus. **S**ed deū p̄pter deū: nos autē et proximū propter deum.

Quod ex ea forma qua diligit iustus diligit deus: quia nō pōt ea que dilectionē excitat forma nō diligi: eademq̄ est deus: quia de⁹ charitas est. **L**a. IX.

2. Cor. 6

Quid em̄ est queso q̄ exardescimus cū audimus et legimus: **E**cce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis: nullā in quōq̄ dantes offensionem: vt nō reprehendat ministeriū nostrū: s̄ in omnibus cōmendantes nosmetipsos vt dei ministros: in multa patientia: in tribulationib⁹ in necessitatib⁹: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionib⁹: in laborib⁹: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: in longanimitate: in bonitate: in spiritu sancto: in caritate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei: p̄ arma iusticie a dextris et a sinistris: p̄ gloriā et ignobilitatem: p̄ infamiā et bonā famam: vt seductores et veraces: vt q̄ ignoramur et cognoscamur: quasi morientes et ecce viuimus: vt coerciti et nō mortificati: vt tristes semp̄ autē gaudētes: sicut egentes multos autē ditantes: tanq̄ nihil hātes et oīa possidentes. **Q**uid em̄ est q̄ accēdimur in dilectionem pauli apli: cū ista legim⁹: nisi q̄ credimus eum ita vixisse: **Q**uendū tñ sic eē dei ministris: nō de aliq̄bus auditū credimus: s̄ intus apud nos vel potius supra nos in ipa veritate conspiciam⁹. **I**llum q̄ quē sic vixisse credimus: ex hoc q̄ videmus diligimus. **E**t nisi hāc formā quā sp̄ stabilē atq̄ cōmutabilē cernim⁹ p̄cipue diligere nō iō diligerem⁹ illum: quia ei⁹ vitā cū in carne viueret: huic forme coaptatā et cōgruentē fuisse: fide retinemus. **S**ed nescio quō amplius et in ipsius forme charitatem excitamur: p̄ fidem q̄ credim⁹ vixisse sic aliquem: et spem q̄ nos quoq̄ ita posse viuere qui homines sum⁹: ex eo q̄ aliq̄ hoies ita vixerūt minie desperam⁹ vt h̄ et desideremus ardentius: et fidētius p̄cemur.

Ita et ipsoz vitā facit a nobis diligi forme illi⁹ dilectio scdm̄ quā vixisse credunt: et illoz vitā credita: in eandē formā flagrantiorē excitat caritatē: vt q̄to flagrantior diligit⁹ deū: tāto certius sereniusq̄ videamus: q̄ in dea cōspicimus incōmutabilē formā iusticie: scdm̄ quā hoies viuere optere iudicam⁹. **V**aleat ergo si des ad cognitionē et ad dilectionē dei: nō tanq̄ oīno incogniti: aut omnino non dilecti: sed quo cognoscat manifesti et q̄ firmam⁹ diligat.

De amante et quod amat et amore. **L**a. X.

Quid est autē dilectio vel caritas quā tantopere scriptura diuina laudat et p̄dicat: nisi amor boni. **A**mor autē alicuius amatis est: et amore aliq̄d amat. **E**cce tria sunt: amans et quod amat: et amor. **Q**uid est q̄ amor nisi quedā vita duo aliq̄ copulans vel copulare appetēs: amantē scz et quod amat. **E**t h̄ etiā in extremis carnalibusq̄ amoribus ita est: sed vt aliq̄d purius et liquidius hauriamus: calcata carne ascēdam⁹ ad aīm. **Q**uid amat animus in amico: nisi animū. **E**t illic igit̄ tria sunt: amans et quod amat: et amor. **R**estat etiā huic ascēdere et superius ista q̄rere q̄tū homini dat. **S**ed hic paululū req̄scat intentio: nō vt se iam existimet inuenisse quod q̄rit: s̄ sicut solet inueniri locus vbi iā querendū est aliq̄d: non dū illud inuentū est: s̄ iam inuentū est vbi q̄ratur ita h̄ dixisse suffecerit: vt tanq̄ ab articulo alicuius exordij cetera contexamus.

ExPLICIT LIBER OCTAUIUS

Incipiunt capitula libri noni.

- I** De deo semp̄ querendo
ii De amore: an tria sint: amans et quod amatur: et amor: an autem duo sint cum quis non aliū q̄ seipsum diligit.
iii De mēte et noticia eius et volūtate.
iiii **T**ria esse in anima: que sunt vnum mentem: et noticia sui: et amorem.
v **M**ens: et amor: et noticia: et singula in se mancant: et omnia in omnibus.
vi **D**e noticia qua mens nō solum se: sed etiā alias mētes nosse regulariter potest.
vii **D**e verbo quod mēs ex eterna cōcipit veritate.
viii **Q**uali amore diligi debeat creatura.
ix **Q**uo differat dilectio rerum spiri-

talium ab amore carnalium.

x Non omnia que noticia comprehendit dici possit concepta.

xj Concepte noticiae similitudine tunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur neque inferioris neque superioris nature est.

xij Cur sicut noticia mentis est proles: non etiam amor: partus eiusdem sit.

Aurelij augustini epi liber nonus incipit.

De deo semper querendo. Caplm. I.

Unitatem certe querimus: non quam liber: sed illam trinitatem que deus est: verusque ac summus: et solus deus.

Expecta ergo quisquis hoc audis.

Adhuc enim querimus. Et talia querentem nemo

iuste reprehendit: si tamen in fide firmissimum querat:

quod aut nosse: aut eloqui difficillimum est. Affirmantem vero cito iusteque reprehendit quisque

melius vel videt vel docet. Querite inquit deum

et vivet anima vestra. Et ne quisque se tanquam apprehendisse temere gaudeat: querite inquit faciem

eius semper. Et apostolus. Si quis se inquit

putat aliquid scire: nondum scit quemadmodum

scire oporteat. Quisquis autem diligit deum: hic

cognitus est ab illo. Nec sic quidem dixit: cognovit

illud: que periculosa presumptio est. sed cognitus

est ab illo. Sed et alibi cum dixisset. Tunc

autem cognoscentes deum: statim corrigens. Imo

cogniti inquit a deo: maximeque illo loco.

Fratres inquit ego meipsum non arbitror apprehendisse.

Unum autem: que retro oblitus in ea

que ante sunt extensus: secundum intentionem se

quor ad palmam superne vocatōis dei in christo

jesu. Quotquot ergo perfecti: hoc sapiamus.

Perfectionem in hac vita dicit: non aliud quam ea

que retro sunt oblitisci: et in ea que ante sunt

extendi secundum intentionem. Tutissima est enim

querentis intentio: donec apprehendatur illud

quo tendimus et quo extendimur. Sed ea

recta intentio est que proficitur a fide. Verum

tamen fides utcumque inchoat cognitionem. Cognitio

vera certa non perficitur: nisi post hanc

vitam: cum videbimus faciem ad faciem. Hoc ergo

sapiamus ut noverimus tutiores esse affectum

vera querendi: quam incognita per cognitionis presu-

mendi. Sic ergo queramus tanquam inveniendi:

et sic inveniamus tanquam quesituri. Cum enim

consummaverit homo: tunc incipit. De credendis

nulla infidelitate dubitemus: de intelligendis

nulla temeritate affirmemus. In illis au-

toritas tenenda est: in his veritas exquirenda.

Quod ergo ad istam questionem attinet: credamus

patrem et filium et spiritum sanctum

esse unum deum: uniuersae creature conditorem atque rectorem: Nec patrem esse filium: nec spiritum sanctum vel patrem esse vel filium: sed trinitatem relatarum ad invicem personarum: et unitatem equalis essentie: Hoc autem queramus intelligere ab eo ipso quem intelligere volumus auxilium precantes: et quantum tribuit: quod intelligimus explicare tanta cura et sollicitudine pietatis: ut etiam si aliquid aliud pro alio dicimus: nihil tamen indignum dicamus. Ut si quid: verbi gratia: de patre dicimus quod patri proprie non conveniat: aut filio conveniat aut spiritus sancto: aut ipsi trinitati: et si: quid de filio quod filio proprie non congruat: saltem congruat patri: aut spiritus sancto: aut trinitati. Et si quid de spiritus sancto quod proprietatem spiritus sancti: non deceat: non tamen alienum sit a patre aut filio: aut ab uno deo ipsa trinitate: veluti nunc cupimus videre utrum illa excellentissima caritas proprie spiritus sanctus sit: quod si non est: aut pater est caritas: aut filius: aut ipsa trinitas: quam resistere non possumus certissime fidei: et validissime auctoritati scripture dicentis: Deus caritas est: non tamen debemus deuiare sacrilego errore: ut aliquid de trinitate dicamus: quod non creatori: sed creature potius conveniat: aut inani cogitatione fingatur: Que cum ita sint attendamus ista tria: que inuenisse nobis videmur. Nondum de supernis loquimur: nondum de deo patre et filio et spiritus sancto: sed de hac impari imagine: et cum imagine: id est homine: familiarius enim eam et facilius fortassis intuetur mentis nostre infirmitas.

An tria sint amans et quod amat et amor. An autem duo sint cum quis non alium quam seipsum diligit

Capitulum II

Ecce ego qui hoc quaero: cum aliquid amantia sunt: ego: et quod amo: et ipse amor.

Non enim amo amorem: nisi amantem amem. Nam non est amor: ubi nihil amat. Tria ergo sunt: amans: et quod amatur: et amor. Quod si non amem nisi meipsum: nonne due erunt quod amo et amor: Amans enim et quod amatur: hoc idem est: quoniam se ipse amat: sicut amare et amari: eodem modo idem est cum se quisque amat. Eadem quippe res bis dicitur: cum dicitur: amat se: et amatur a se. Tunc enim non est aliud atque aliud amare et amari: sicut non est alius atque alius: amans et amatus. At vero amor: et quod amatur: etiam sic duo sunt. Non enim quisquis se amat amor est: nisi cum amatur ipse amor. Aliud est autem amare se: aliud est amare amorem suum. Non enim amat amor: nisi iam aliquid amans: quod ubi nihil amatur: nullus est amor. Duo ergo sunt

1. Job. 4.

Libe

cum se quisq; amat. amor et quod amat. Tūc enim amans et quod amatur vñū est. Unde videtur nō esse cōsequens: vt vbiq; amor fuerit: iam tria intelligantur. Auferamus enī ab hoc consideratione cetera que multa sunt quibus hō constat: atq; vt hec que nunc requirimus quantū in his rebus possumus liq̄do reperiamus: de sola mente tractemus. Mens igitur cū amat seipam: duo quedam ostendit mentē et amorem. Quid est autē amare se: nisi sibi p̄sto esse velle ad fruendū se. Et cum tñ se vult esse quantum est: par mentivoluntas est et amantiam amor equalis. Et si aliqua substantia est amor: non est vtiq; corpus: sed spiritus. nec mens corpus: sed spiritus est. Neq; tñ amor et mens duo spiritus: sed vnus spiritus: nec eēntie due: sed vna: et tñ duo quedam vnum sunt amans et amor: siue sic dicas quod amatur. et amor. Et hoc quidem duo: relatiue adinuicē dicuntur. Amans quippe ad amorem refertur et amor ad amantē. Amans enim aliquo amore amat: et amor alicuius amantis est. Mens vero et spiritus non relatiue dicuntur sed essentias demonstrant. Non enim quia mens et spūs alicuius hoīs est: ideo mens et spūs in se nō manent. Retracto ei eo quod hō ē: qd̄ adiuñcto corpore dicitur: mens et spūs manent. Retracto autē amate nullus ē amor: et retracto amore nullus est amans. Ideoq; quantū adinuicē referūt: duo sunt. Quia autē ad se dicuntur: et singula spiritus: et simul vtrūq; vnus spūs: et singula mens et simul vtrūq; vna mens. Vbi ergo trinitas attendamus quantū possumus: et inuocemus lucez sempiternā vt illuminet tenebras nras et videamus in nobis q̄ntū simimur imaginē dei.

De mēte et noticia ei⁹ et volūtate. Cap. III

Mens enim amare seipam non potest: nisi etiā se nouerit. Nam quō amat qd̄ nescit. Aut si quisq; dicit ex noticia generali vel speciali mentem credere se eē talem: qualē alias expta est: et ideo amare semetipam insipientissime loquitur. Unde enim mens aliquā mentem nouit: si se nō nouit. Neq; enim vt oculus corporis videt alios oculos: et se nō videt: ita mens nouit alias mentes et ignorat semetipam. Per oculos enim corporis corpa videmus: qz radios qui p̄ eos emicant: et q̄qd̄ cernimus tangunt: refringere vel retorquerē in ipos non possumus: nisi cū specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeq; disserritur: donec apertissime demōstretur: vel ita se rem habere vel non ita. Sed quoquo modo se habeat vis qua per oculos cernimus: ipam certe vim: siue sint radij: siue aliud aliquid oculi

lis cernere non valemus: sed mentē quērim⁹ et si fieri potest: etiam hoc mente comprehendim⁹. Mens ergo ipa sicut corporeaz rerū noticiā p̄ sensus corporis colligit: sic incorporearum rerum per semetipam. Ergo et semetipam p̄ se ipam nouit: qm̄ est incorporea. Nam si non se nouit: non se amat.

Tria esse in aīa que sunt vñū mentē et noticiam sui et amorem. **Cap. III.**

Icet autē duo quedam sunt: mens et amor eius cū se amat: ita quedā duo sunt mens et noticia eius cū se nouit. Igitur ipa mens et amor: et noticia eius: tria q̄dam sunt: et hec tria vnum sunt: et cū perfecta sunt: equalia sunt. Si enim minus se amat q̄ est vt verbi gratia: tantū se amat hoīs mens q̄ntum amandū est corpus hoīs: cum plus sit ipa q̄ corpus: peccat: et nō est p̄fectus amor eius. Item si amplius se amat q̄ est: velut si tantū se amet quantū amandus est deus: dū incomparabiliter minus sit ipa q̄ deus: etiam sic nimio peccat et non perfectum habet amorē sui. Maiore autē pueritate et iniquitate peccat: cum corpus tantum amat quantū amandus est deus: Item noticia si minor est: q̄ est illud quod noscitur: et plene nosci potest: p̄fecta non est. Si autē maior est: iam superior est natura q̄ nouit q̄ illa q̄ nota est: sicut maior est noticia corporis: q̄ ipm̄ corpus quod ea noticia notū est. Illa enim vita quedam est in ratione cognoscens: corpus autē non est vita: et vita quelibet quolibet corpore maior est: non mole sed vi. Mens vero cum seipam cognoscit: non se supat noticia sua: qz ipa cognoscit: ipa cognoscit. Quia ergo se totā cognoscit: neq; secū q̄qd̄ aliud: par illi ē cognitio sua: qz neq; ex alia natura est eius cognitio: cū seipam cognoscit. Et cum se totam nihil amplius percipit: nec minor nec maior est. Recta igitur diximus hec tria: cum p̄fecta sunt: esse consequenter eālia. Si etiam admonemur: si vtrūq; videre possum⁹ hęc in anima existere: et tanq̄ inuoluta euolui vt sentiamur et dinumerent substantialiter vt vt ita dicam: essentialiter: non tanq̄ in subiecto: vt color: aut figura in corpore: aut vlla q̄litas: aut quantitas. Quicqd̄ enim tale est: non excedit subiectū in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis potest esse et alterius corporis. Mens autē amore quo se amat potest amare et aliud preter se. Item non se solam cognoscit mens: sed et alia multa. Nobrem nō amor et cognitio tanq̄ in subiecto insunt mēti sed substantialiter etiam ista sunt sic ipa mēs quia et si relatiue dicuntur adinuicem: in sua

tamen sunt singula queq; substantia. Non sic color et coloratum relative ita dicuntur adinuicem. ut color in subiecto colorato sit: non habens in seipso propriam substantiam: quoniam coloratum corpus substantia est. ille autem in substantia: sed sicut duo amici etiam duo sunt homines: que sunt substantie cum homines non relative dicantur. amici autem relative. Sed item quis substantia sit amans vel sciens substantia sit scientia: substantia sit amor: sed amans et amor: aut sciens et scientia: relative ad se dicantur sicut amici. Mens vero aut spiritus non sunt relativa: sicut nec homines relativa sunt: non tamen sicut amici homines possunt seorsum esse abinuicem: sic amans et amor: aut sciens et scientia. Quis et amici corpore videntur separari posse: non animo: in quantum amici sunt. verum fieri potest. ut amicus amicum etiam odisse incipiat et corpore amicus esse desinat: nesciente: illo: et adhuc amante. Amor autem quo se mens amat: si esse desinat simul et illa desinat esse amans. Item noticia qua se mens nouit: si esse desinat: simul et illa nosse se desinat. Sic caput capitati alicuius vtiq; caput est: et relative ad se dicuntur quis etiam substantie sint. Nam et caput corpus est: et capitatum. Et si non sit corpus: nec capitatum erit. Sed hec precisione abinuicem separari possunt: illa non possunt: si sunt aliqua corpora que secari omnino et diuidi nequeunt: tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent pars ergo ad totum relative dicitur: quia ois pars alicuius totius pars est: et totum oibus partibus totum est. Sed quoniam et pars corpus est et totum: non tamen ista relative dicuntur: sed etiam substantialiter dicuntur. Fortassis ergo mens totum est et eius quasi partes amor quo se amat et scientia qua se nouit: quibus duabus partibus illud totum constat. An tres sunt equales partes quibus totum unum completur. Sed nulla pars: totum cuius pars est complectitur. Mens vero cum se totam nouit: hoc est perfecte nouit per totum eius est noticia eius. Et cum se perfecte amat: totam se amat: et per totum eius est amor eius. Num ergo sicut ex vino et aqua et melle una sit portio: et singula per totum sunt: et tamen tria sunt. nulla enim pars est portiois que non habeat hec tria: non enim iuncta velut si aqua et oleum essent: sed omnino comixta sunt: et substantie sunt omnes: et totus ille liquor una quedam est ex tribus confecta substantia. Tale aliquid arbitrandum est esse simul hec tria: mentem amorem: noticiam: sed non unius substantie sunt aqua: vinum: et mel: quis ex eorum com-

mixtione fiat una substantia portiois: Quod autem illa tria non sunt eiusdem substantie non video: cum mens ipsa se amet: atque ipsa se nouerit: atque ita sint hec tria: ut non alteri alicui reze mens vel amata vel nota sit. Quis ergo eiusdemque essentie necesse est hec tria sint: et ideo si tanquam comixtione confusa essent: nullomodo essent tria: nec referri adinuicem possent. Quod admodum si ex uno eodemque auro tres annulos similes facias: quis connexos sibi referat adinuicem que similes sunt. Omnis enim similis alicui similis est: et trinitas anulorum est: et unum aurum: et si misceantur sibi et per totam singuli massam suam conspergantur intercidet illa trinitas: et omnino non erit: ac non solum unum aurum dicitur: sicut in illis tribus anulis dicebatur: sed iam nulla aurea tria

mens et amor et noticia et singula in se mancant et oia in oibus

Caplin. V.

In illis tribus cum se nouit mens et amat se: manet trinitas: mens: amor: noticia: et nulla comixtione confunditur. quis et singula sint in seipsis: et inuicem tota in totis: siue singula in binis: siue binaria in singulis. Itaque oia in oibus. Nam et mens est vtiq; in seipsa: quoniam ad seipsam mens dicitur: quis noscens vel nota: vel noscibilis: ad suam noticiam relative dicatur. Amans quoque et amata vel amabilis ad amorem referatur: que se amat et noticia: quis referatur ad mentem cognoscentem vel cognitam: tamen et ad seipsam nota et noscens dicitur. Non enim sibi est incognita noticia: qua se mens ipsa cognoscit. Et amor quis referatur ad mentem amantem cuius amor est: tamen et ad seipsam est amor: ut sit etiam in seipso: quia et amor amatur. Nec alio nisi amore amari potest: id est seipso. Ita sunt hec singula in seipsis. In alterius autem ita sunt: quia et mens amans in amore est: et amor in amantis noticia: et noticia in mente noscente. Singula in binis ita sunt quia mens que se nouit et amat: in amore et noticia sua est: et amor amantis mentis seseque scientis: in mente noticiaque eius est. Et noticia mentis se scientis et amantis in mente atque in amore eius est: quia scientes se amat et amantem se nouit. Et per hoc et binaria in singulis: quia mens que se nouit et amat cum sua noticia est in amore: et cum suo amore in noticia. Amor quippe ipse et noticia simul sunt in mente: que se amat et nouit. Tota vero in totis: quemadmodum sint: iam supra ostendimus: cum se tota mens amat: et totam nouit: et totum amorem suum nouit: totamque amat noticiam suam: quando tria ista ad seipsa

Liber

perfecta sunt. **A**d id itaq; modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis. et tamē eorum singulum quodq; substantia est. et simul omnia vna substantia vel essentia: cum et relatiue dicant adinuicem.

De noticia qua mens non solum se: sed etiam alias mentes nosse regulariter potest. **A**post. VI.

Ed cum seipam nouit humana mens et amat seipam: non aliquid incommutabile nouit et amat: aliterq; vnusquisq; homo loquendo enunciat mentem suam: qd in seipso agatur attendens. **A**lter autem humanam mentem speciali aut generali cognitione diffinit.

Itaq; cum mihi de sua propria loquitur: vtrum intelligat hoc: aut illud: aut nō intelligat: et vtrum velit aut nolit hoc aut illud: credo: **S**um vero de humana specialiter aut generaliter verum dicit: agnosco et approbo.

Unde manifestum est aliud vnum quēq; videre in se: quod sibi alius dicenti credat: non tamen videat: aliud autem in ipsa veritate qd alius quoq; possit intueri: quoq; alterum mutari per tempora: alterum incommutabili eternitati consistere. **N**eq; enim oculis corporeis multas mentes videndo per similitudinē colligimus: generalem vel specialem mentis humane noticiam sed intuemur inuolabilem veritatem ex qua perfecte quantum possumus diffiniamus: non qualis sit vnus cuiuscunq; hominis mens: sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. **U**nde etiam phantasias rerum corporalium per corporis sensum hausitas et qd animo infusas memorie: ex quibus etiā ea que non visa sunt ficto phantasmate cogitantur: siue aliter quā sunt: siue fortuito sicuti sūt alijs omnino regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus: vel approbare apud nosmetipsos: vel improbare conuincimur cum recte aliquid approbamus aut improbamus. **N**am cum et recolo cartaginis mēna q̄ vidi: et cū fingo alexandrie que non vidi: eademq; imaginarias formas quasdam quibusdam preferens: rationabiliter prefero: viget et claret desuper iudicium veritatis: ac sui iuris incorruptissimis regulis firmiter est. **E**t si corporalium imaginum quasi quodā nubilo subtextitur non tamen inuoluitur atq; confundit. **S**ed interest vtrum ego sub illa: vel in illa caligine: tāq; a celo perspicuo secludar: an sicut in altissimis montibus accidere solet: inter vtrūq; aere libero fruens: et serenissimā lucem super densissimas nebulas subter aspiciam. **N**am vnde in me fraterni amoris inflammatur ardor: cum audio virum aliquem pro fidei pul-

chritudine et firmitate: acriter tormenta tolerasse. **E**t si mihi digito ostendatur ipse homo: studeo mihi coniungere: notum facere: amicitia colligare. **I**taq; si facultas datur: accedo: alloquor: sermonem cōfero: affectum meū in illū quibus verbis possum exprimo: vicissimq; in eo fieri quē in me hēat atq; exprimi volo: spiritalemq; complexum credendo melior: quia peruestigare tam cito et cernere penitus eius interiora non possum. **A**mo itaq; fidelem et fortem virū: amore casto atq; germano. **Q**uod si mihi inter nostras loquelas fateatur: aut incautus aliquo modo sese indicet: quod vel de deo credat incongrua: atq; in illo quoq; carnale aliquid desideret: et pro tali errore illa pertulerit vel sperate pecunie cupiditate: vel inani auiditate laudis humane: statim amor ille quo in eum ferebar offensus: et quasi repercussus: atq; ab indigno homine ablatas: in ea forma permanet: ex qua eum talē credens amaueram. **N**isi forte ad hoc homo iam vt talis sit: cū talē non esse cōperio. **E**t in illo homine nihil mutatur est: mutari tū potest vt fiat: qd eum iam esse credideram: in mente autē mea mutata ē vtriusq; ipsa existimatio: que de illo aliter se habebat: et aliter habet. **I**demq; amor ab intentione perfruenti: ad intentionē consulendi: incommutabili desuper iusticia iubente deflexus est. **I**psa vero forma in concusse ac stabilis veritatis: et in qua fruerer homine: bonū eū credens: et in qua eū consulo: vt bonus sit: eadem luce incorruptibilis sincerissimeq; rationis: et mentis aspectum et illam phantasie nubē quā desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito in perturbabili eternitate perfundit. **I**tem cum arcum pulchre et equaliter intortū quem vidi: verbi gratia: cartagini aīo reuoluo: res quedam menti nunciata per oculos memorie que transfusa imaginum conspectum facit. **S**ed aliud mente conspicio firmūq; mihi opus illud placet: vnde etiā si displiceret: corrigerem. **I**taq; de istis scōm: illam iudicamus: et illam cernimus rationalis mentis intuitu. **I**ta vero aut presentia sensu corporis tangimus: aut imagines absentiu fixas in memoria recordamur: aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nosipi si vellemus atq; possemus: etiā opere moliremur. **A**lter enim figurantes animo imagines corporum: aut per corpus corpora videntes: aliter autem rationes artemq; ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes

De verbo quod mens ex eterna concipit
veritate **Capitulum VII.**

Illa igitur eterna veritate ex qua
temporalia facta sunt omnia. forma
fm quam sumus. et fm quam vel in
nobis vel in corporibus vera et recta ratione
aliquid opamur visu mentis aspiciamus. atq;
inde conceptam rerum veracem noticiam: tamq;
verbum apud nos habemus: et dicendo intus
gignimus: nec a nobis nascendo discedit. **C**u
aut ad alios loquimur: verbo intus manenti
ministerium vocis adhibemus: aut alicui^s si-
gni corporalis: vt per quandam comemozato-
nem sensibilem: tale aliquid fiat etiam in animo
audientis: quale de loquentis animo non re-
cedit. **N**ihil itaq; agimus per membra corpo-
ris in factis dictisq; nostris: quibus vel appro-
bantur vel improbantur mores hominum: qd
non verbo apud nos intus edito preuenim?
Nemo em volens aliquid facit: qd non in cor-
de suo prius dixerit. **Q**uod verbum amore co-
cipitur: siue creature: siue creatoris: id est aut
nature mutabilis aut incommutabilis veritatis
Quali amore diligi debeat creatura

Capitulum VIII.

Rgo aut cupiditate: aut caritate no-
quo non sit amanda creatura. sed si
ad creatorem refertur ille amor: non iam cu-
piditas sed caritas erit. **T**unc enim est cupi-
ditas cum propter se amatur creatura. tunc no-
vrentem adiuuat: sed corrumpit fruente. **S**i
ergo aut par nobis: aut inferior creatura sit in-
feriore vrentum est ad deum: pari autez fru-
endum. sed in deo. **S**icut enim teipso: non in
teipso frui debes. sed in eo qui fecit te. **S**ic etiam
illo: quem diligis: tanq; teipm: et nobis ergo et
fratribus in domino fruamur: et inde nos nec
ad nosmetipsos remittere. et quasi relaxare de-
orsum versus audeamus. **N**ascitur autem ver-
bum cum excogitatum placet. aut ad peccan-
dum aut ad recte faciendum. **V**erbum ergo
nostrum et mentem de qua gignitur quasi me-
dius amor coniungit. seq; cum eis tertium co-
plexu incorporeo sine vlla confusione pstrigit

Quo differat dilectio rerum spiritualium ab
amore carnalium. **Capitulum IX.**

Conceptum autem verbum et natum
idipm est. cum voluntas in ipa noti-
cia concipit quod fit in amore spi-
ritualium. **Q**ui enim: verbi gratia: perfecte no-
uit. perfecteq; amat iusticiam: iam iustus est.
etiam si nulla existat fm eam forinsecus p me-
bra corporis operandi necessitas. **I**n amore
autem carnalium temporaliumq; reruz: sicut

in ipis animalium fetibus: alius est conceptus
verbi: alius partus. **I**llic em quod cupiendo
concipitur: adipiscendo nascitur. **Q**uoniam
non sufficit avaricie nosse: et amare aurum: ni-
si et habeat. **N**eq; nosse et amare yesci: aut con-
cumbere: nisi etiam id agat: neq; nosse et ama-
re honores et imperia: nisi proueniant. **Q**ue
tamen omnia: nec adepta sufficiunt. **Q**ui em
biberit ex hac inquit aqua: sitiet iterum **I**ob. 4.
et in psalmo. **C**oncepit inquit dolorem et pepe-
rit iniquitatem. **D**olorem vllaborem dicit co-
cipi. cum ea concipiuntur que nosse ac velle no-
sufficit: et inardescit atq; egrotat animus indi-
gentia: donec ad ea perueniat: et quasi pariat
ea. **U**nde eleganter in latina lingua parta di-
cuntur: et reperta atq; comperta: que verba
quasi a partu ducta resonant. **Q**uia concupisce-
tia cum conceperit parit peccatum. **U**nde do-
minus clamat. **V**enite ad me omnes qui la-
boratis et onerati estis: **E**t alio loco. **V**e pgnatibus
et lactantibus in illis diebus. **S**um itaq;
ad partum verbi refertur omnia vel recte fa-
cta vel peccata. ex ore inquit tuo iustificabe-
ris: et ex ore tuo condemnaberis: os volens in-
telligi: non hoc visibile: sed interius inuisibile
cogitationis et cordis.

Non omnia que noticia comprehendit dici
posse concepta. **Capitulum X.**

Acte ergo queritur: vtrum omnis
noticia verbum: an tantum amata
noticia. **N**ouimus enim ea que odi-
mus. **S**ed nec concepta: nec pta dicenda sut
animo. que nobis displicent. **N**o enim omnia
que quoquo modo tangunt concipiuntur: vt
tantum nota sint. non tamen verba dicantur.
sicut ista de quibus nunc agimus. **A**lter enim
dicuntur verba que spacia temporuz syllabis
tenent: siue pronunciantur: siue cogitentur.
alter omne quod notum est verbu dicitur a
impressum qd diu de memoria profertur et diffi-
niri potest: quis res ipa displiceat. aliter cum
placet quod mente concipitur. **S**cdum quod
genus verbi accipiendum est quod ait aposto-
lus. **N**emo dicit dominus Iesus: nisi in spiritu
sancto: cum fm aliam verbi notionem dicant
hoc et illi. **D**e quibus ipse dominus ait. **N**on
omnis qui dicit mihi dñe dñe. intrabit in regnu
celorum. **V**eruntamen cum et illa que odim^{us}
recte displicent: recteq; improbantur: appro-
batur eorum improbatio: et placet et verbum e
et **N**eq; vitiorum noticia nobis displicet: sed ipa
vicia. **N**am placet mihi quod noui. et diffinio
quid sit intemperantia: et hoc est verbum eius
sicuti sunt in arte nota vitia. **E**t recte appro-

Iob. 4.
Ps. 7.

Iaco. 1.

Mat. 11.
Ibid. 24

1. Cor. 12.

Mat. 7.

Liber

batur. eorum noticia: cum discernit cognitor
speciem priuationemque virtutis: sicut aere: et
negare: esse et non esse. **A**t tamen virtute pri-
uari atque in vitium deficere damnabile est. **E**t
diffinire intemperantiam verbumque eius di-
cere pertinet ad artem morum. **E**ssē autē in
temperatē ad id pertinet quod illa arte cul-
patur sicut nosse ac diffinire quod sit solocism^o
pertinet ad artem loquendi: facere autem vi-
tium est: quod eadem arte reprehendit. **V**er-
bum est igitur: quod nunc discernere ac insi-
nuare volumus cum amore: noticia. **S**ed itaque
se mens nouit et amat: iungitur ei amore ver-
bum eius. **E**t quoniam amat noticiam: et no-
uit amorem: et verbum in amore est: et amor in
verbo: et vtrumque in amante atque dicente. **S**ed
omnis secundum speciem noticia: similis est ei rei quam
nouit. **E**st enim alia noticia secundum priuationem
quam cum improbamur: loquimur. **E**t hec pri-
uationis improbatio speciem laudat: ideoque
approbatur

Concepte noticie similitudinem tunc ad
equalitatem mentis accedere: cum id quod
cognoscitur: neque inferioris: neque superioris na-
ture est.

Capitulum XI.

Habet ergo animus nonnullam speciei
note similitudinem: siue cum ea pla-
cet: siue cum eius priuatio displicet.
Quo circa in quantum deum nouimus: simi-
les sumus. **S**ed non ad equalitatem similes:
quia nec tantum eum nouimus: quantum ipse
se. **E**t quemadmodum cum per sensum cor-
poris discimus corpora: fit eorum aliqua simi-
litudo in animo nostro: que phantasia memo-
rie est. **N**on enim omnino ipsa corpora in animo
sunt: cum ea cogitamus: sed eorum similitu-
dines. **I**taque cum eas pro illis approbam^o: er-
ramus. **E**rro: namque est pro alio alterius ap-
probatio. **M**elior est tamen imaginatio cor-
poris in animo: quam illa species corporis: in qua-
tum hec in meliore natura est: id est in substā-
tia vitali sicuti animus est: ita cum deum no-
uimus: quamuis melioris efficiamur quam eram^o an-
tequam nossemus: maximeque cum eadem noticia
etiam placita digneque amata verbum est: fitque
aliqua dei similitudo illa noticia: tamen infe-
rior est: quia in inferiori natura est. **C**reatura
quippe animus: creator autem deus. **E**t quo
colligitur: quia cum se mens ipsa nouit atque ap-
probat: sic est eadem noticia verbum eius: ut
ei sit par omnino et equale: atque identidem: quod
neque inferioris essentie noticia est: sicut cor-
poris: neque superioris sicut dei. **E**t cum habe-
at noticia similitudinem ad eam rem quam

nouit: hoc est cuius noticia est: hec habet per-
fectam et equalem qua mens ipsa que nouit est
nora. **I**deoque et imago et verbum est: quod de illa ex-
primit cum cognoscendo eadem coequatur: et est
gignenti quale quod genitum est

Sur sicut noticia mentis est proles non etiam
amor partus eiusdem sit.

Capitulum XII.

Quid ergo amor: non erit imago: non

q verbum: non genitum. **S**ur enim mens no-
ticiam suam gignit cum se nouit: et amo-
rem suum non gignit cum se amat. **N**am si propterea
est notionis sue causa quod noscibilis est: amo-
ris etiam sui causa est: quod est amabilis. **S**ur utrumque
itaque non genuerit: difficile est dicere. **H**ec enim
questio etiam de ipsa summa trinitate: omnipoten-
tissimo creatore deo: ad cuius imaginem homo

Secū. j.

factus est: solet mouere homines: quos veritas
dei per humanam locutionem inuitat ad fidem.
Sur non spiritus quoque sanctus a patre deo
genitus vel creditur vel intelligitur: ut filius
etiam ipse dicatur. **Q**uod nunc in mente hu-
mana utrumque inuestigare conamur: ut ex in-
feriore imagine in qua nobis familiaris na-
tura ipsa nostra quasi interrogata respondet:
exercitatioem mentis aciem ab illuminata cre-
atura ad lumen incommutabile dirigamus. **S**i
tamen veritas ipsa persuaserit: sicut dei verbum
filium esse nullus christianus dubitat: ita carita-
tem esse spiritum sanctum. **E**rgo ad imaginem
illam que creatura est: hoc est ad rationalem
mentem: diligentius de hac re interroganda
considerandaque redeamus: ubi temporaliter
existens: non nullarum rerum noticia que
ante non erat: et aliquarum rerum amor que
antea non amabantur distinctius nobis aper-
rit quid dicamus: quia et ipsi locutioni tempo-
raliter dirigende: facilius est ad explicandum
res que in ordine temporum comprehendun-
tur. **P**rimo itaque manifestum sit posse fieri ut
sit aliquid scibile: id est quod sciri possit: et tamen
nesciatur: illud autem fieri non posse ut sciat
quod scibile non fuerit. **U**nde liquido tenen-
dum est quod omnes res quamcumque cognoscimus
congenerat in nobis noticiam sui. **A** utrumque enim
noticia parit: a cognoscente et cognito. **I**taque
mens cum se ipsam cognoscit: sola parit noticie
sue: et cognitum enim et cognitor ipsa est. **E**rat autem
sibi ipsa noscibilis: et antequam se nosset: sed noticia sui
erat in ea: cum se ipsa non nouerat. **Q**uod ergo
cognoscit se: parem sibi noticiam sui gignit:
quia non minus se nouit quam est: nec alterius es-
sentie est noticia eius: non solum quia ipsa no-
uit: **S**ed etiam quia se ipsam: sicut supra dixi-
mus. **Q**uid ergo de amore dicendum est: cur

non etiam cum se amat: ipm quoq; amorem sui genuisse videatur: **E**rat enim amabilis sibi: et anteq; se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis: et anteq; se nosset: quia poterat se nosse. **N**am si non sibi esset noscibilis: nunq; se nosse potuisset. **I**ta si non sibi eet amabilis: nunq; amare potuisset. **N**ur itaq; amando se non genuisse dicatur amorem suum: sicut cognoscendo se genuit noticiam suam. **I**n eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principium: unde procedit: ab ipsa quidem mente procedit que sibi est amabilis anteq; se amet: atq; ita principium est amoris sui quo se amat. **S**ed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: quia noticia iam inuentum est quod partum repertum dicitur: quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. **N**am inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperendi. **Q**ue autem reperiuntur: quasi pariuntur: unde proli similia sunt: ubi nisi in ipsa noticia: ibi enim quasi expressa formantur. **N**am etsi iam erant res quas querendo inuenimus: noticia tamen ipsa non erat: quam sicut prolem nascentem deputamus: porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: et pender quodammodo: neq; requiescit sine quo intenditur: nisi id quod queritur inuentum: querenti copuletur. **Q**ui appetitus: id est inquisitio: quis amor esse non videatur: quo id quod notum est: amatur. **H**oc enim adhuc ut cognoscat agitur: tamen ex eodem genere quiddam est. **N**am voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: et si id querit quod ad noticiam pertinet: omnis qui querit nosse vult. **Q**uod si ardentem atq; instanter vult: studere dicitur quod maxime in assequendis atq; adipiscendis quibusq; doctrinis dici solet. **P**artum ergo mentis antecedit appetitus quidam: quo id quod nosse volumus querendo et inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturq; noticia: partus et proles recte dici non potest. **I**demq; appetitus quo inhiatur rei cognoscende: fit amor: cognite dum tenet atq; amplectitur placitam prolem: id est noticiam gignentiq; coniungit. **E**t est quedam imago trinitatis: ipsa mens et noticia eius quod est proles eius: ac de se ipsa verbum eius: et amor tertius: et hec tria vnum atq; vna substantia. **H**ec minor proles: dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor amor dum tantum se diligit quantum nouit et quanta est.

ExPLICIT LIBER NONUS.

Incipiunt capitula libri decimi.

- i **D**e studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeteret scire si penitus ignorarent.
- ii **Q**uibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que nescimus expetitur.
- iii **I**n incognita sibi sit mens cum se querit ut nouerit.
- iiii **D**e proprijs mentis que non potest ignorare.
- v **I**n quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinere ne eis quasi proprijs delectetur: atq; in se minus nouerit.
- vi **I**n quibus mens de se cogitans possit errare.
- vii **D**e opinionibus eorum qui mentem aliquid precipuum corporis esse senserunt.
- viii **Q**uomodo mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare.
- ix **Q**uomodo mens cognoscit se ipsam.
- x **Q**uomodo mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scit esse dubitandum.
- xi **D**e memoria: intelligentia et voluntate: in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis.
- xii **D**e querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarent.

Capitulum I.

Nunc ad ea ipsa consequenter enodatus explicanda limitior accedat intentio. **A**c primū quia rem proorsus ignorā amare omnino nullus potest: diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studentium: id est non iam scientiuz: sed adhuc scire cupientiū quāq; doctrinā. **E**t in his dīpe reb^o i quib^o nō vilitate dī studium solent existere amores ex auditu: dum